Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26092
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Dom. infra

Magister obsecro te respice in filium meum quia unicus est mihi. Loca rebus congruunt. In monte dns orat transformatur. discipulis arcana suae maiestatis aperit. in inferiora descendens turbae occursu excipitur. miseraque fletu pulsatur. Sursum discipulis mysteria regni reserat. deorsum turbis peccata infelicitatis exprobrat. Sursum patrum voce his qui sequi se poterant pandit. de orsum spes malos ab his qui vexabantur expellit. Qui quia nunc pqualitate meritaque alius ascendere. alius descendere non desinit. Ha terrenos adhuc incipientes quasi ima petens confortat et castigat. perfectos autem quaque conversatio in celis est sublimius extollendo glorificat. libius de caelis instruit. et sepe ea quae aut vix audiri quidem valent edocet. Et ecce spe apprehendit eum. et subito clamat. et elidit et dissipat eum cum spuma. et vix discedit dilanians eum. Demoniacum hunc quem descendens de monte dns sanavit. matheus lunaticum. marcus surdum mutumque describit. Significat autem eos de quibus scriptum est. stultus ut luna mutatur. qui nunquam in vere statu permanentes. nec ad haec. nec ad illa vicia mutari crescunt atque decrescunt. Muti non confitendo fide. surdi. nec ipsum aliquatenus fidei audiendo sermone. Et rogavit discipulos suos ut eicerent illum. et non potuerunt. Latent hoc dicto accusat apostolos cum intuitu possibilitas curandi non ab infirmitate curantium. sed deque qui curandi sunt fide referat. dicente dno. Fiat secundum fidem tuam. Respondens ihs dixit. O generatio infidelis et perversa. usque quo ero apud vos.